



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

Dirckinck, Johann

[Osnabrugi, 1696

Vesper.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55025)



206 *Praxis I. Orandi ad trinum &c.*  
elegantiam, sed spiritum require, persuasissimum habens; Deum per os concionantis loqui. *Qui vos audit, me audit.* Lucæ 10.

IV. A concione, gratias Deo pro instructione age, exemplo B. V. verba hæc in corde tuo conserva; pro viribus exequi statue, ac pro executione gratiam pete; certissimus, de omni exhortatione, ejusq; fructu exactam judici supremo reddendam aliquando rationem. *Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud.* Lucæ 11. Itaq; *quæ audistis, cogitate; quæ manducastis ruminare, & sic eritis animalia munda,* inquit S. August. con. 1. in psal. 105.

\* \* \* \* \*

## HORA VI.

### PRAXIS I.

Orandi ad trinum campanæ  
pulsurn.

I. **A**ngelus Domini nunciavit Mariae  
& concepit de Spiritu Sancto. Ave  
Maria. Renova votum castitatis. II. Ecce  
Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum  
tuum. Ave Maria. Renova votum  
ob.



*Praxis II. Legendi librum spiritualem. 207*  
obedientiæ III. *Et verbum caro factum*  
*est, & habitavit in nobis & c. Ave Maria.*  
Renova votum paupertatis.

Oratio.

*Gratiam tuam quaesumus Domine, menti-*  
*bis nostris infunde, ut qui Angelo nuntian-*  
*te & c. S. Xaverius experiebatur frequenti*  
*votorum renovatione, mentis suæ, sicut*  
*aquilæ, juventutem renovari. Turfelinus.*  
*L. 1. vitæ c. 5.*

## PRAXIS II.

*Legendi Librum Spiritualem.*

**L**ibrorum asceticorū lectio est germa-  
na soror & adiutrix orationis, est spi-  
ritualis animæ cibus & nutrimentum; est  
copiosa quædam vena divinarum inspira-  
tionum. Quid enim est Scriptura Sacra,  
ait S. Gregorius L. 4. *Nisi epistola quædam*  
*omnipotentis Dei ad Creaturam, qua arcana*  
*sua revelat, & divinam voluntatem suam*  
*aperit?* Idem senti de libris à viris Spiritu  
S. plenis conscriptis. Atque hinc dictum  
tibi crede, quod Apostolus suadet Timo-  
theo 1. Tim. 4. *Attende lectioni, ut indies*  
*juxta regulam, mediam horulam, aut so-*  
*lidum saltem quadrantem eidem impen-*  
*das, observando sequentia.* I.